

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Beneficiencia siue beneficium i
cum uariis

Sunt enim quidam nimis grati qui aliquid incommodi prestare solent hiis quibus obligati sunt ut probent affectum beneficii memorem. Horum animus similis est prauo amore flagrantibus. Illi enim amice sue optant exilium ut fugientem comitentur, optant inopiam ut magis desideranti donent, optant morbum ut assideant, et quicquid optaret inimicus amantes uouent. Fere idem exitus est odii et amoris insani, sed nequicia est ut extrahas mergere, euertere ut suscites, includere ut emittas. Non enim beneficium iniurie finis, nec unquam id detraxisse meritum est, quod ipse qui detraxit intulerat.

Seneca ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Beneficiencia siue] Beneficia seu P V¹ V² L¹ L²; nimis] minus M P V¹ V² L¹ L²; et] quic
add. C; extrahas] extra has P V¹ V² L¹